κη'. ΔΙήκει δὲ ὁ ἄξων ἀπὸ τοῦ κέντρου τοῦ ἀρκτικοῦ κύκλου διὰ τοῦ κέντρου τῆς σφαίρας ἕως τοῦ κέντρου τοῦ ἀνταρκτικοῦ. παρείληπται δὲ ἵνα γνῶμεν ὅτι περὶ αὐτόν, καὶ τὰ ἄκρα αὐτοῦ δινεῖται ὁ οὐρανὸς ὥσπερ περὶ ἁρμάτειον ἄξονα δινοῦνται οἱ τροχοί. τὴν δὲ ὕλην αὐτοῦ οὐκ ἐδίδαξεν ἡμᾶς Ἄρατος· ἀλλ᾽ ὡς ἐν ποιήσει μυθικώτερον, ὥσπερ ὀβελίσκον αὐτὸν εἶπεν. εἰ μὲν οὖν λέγει τις αὐτοῦ τὴν ὕλην ἐκ πυρός, ἐλθὼν ἐπὶ τὴν τοῦ ὕδατος σφαῖραν σβεσθήσεται. ἢ ὑπὸ τῆς τοῦ πυρὸς σφαίρας καταφλεχθήσεται. εἰ δὲ ἐκ τῶν λοιπῶν, ἀέρος, ἢ ὕδατος ἀμιγὴς ἔσται τοῖς ἄλλοις, καὶ ὑπὸ τῶν ἐναντίων ἀφανισθήσεται. γεωμέτραι δὲ αὐτὸν ὑποτίθενται γραμμήν τινα λεπτήν, διήκουσαν ἀπὸ τοῦ κέντρου τοῦ ἀρκτικοῦ κύκλου μέχρι τοῦ ἀνταρκτικοῦ, καθάπερ εἴρηται. οἱ δὲ φυσικοὶ φιλόσοφοι τὸ μεταξὺ ἧκον πνεῦμα λέγουσιν ἄξονα. μέμνηται δὲ αὐτοῦ Ἐρατοσθένης ἐν τῷ Ἑρμῇ λέγων.

Αὐτὴν μέν μιν ἔτετμε μεσηρέα παντὶ Ὀλύμπου,
Κέντρου ἀπὸ σφαίρας· διὰ δ᾽ ἄξονος ἠρήρειστο.

καὶ ὁ Ἄρατος λέγων.

Αὐτὰρ ὅγ᾽ οὐδ᾽ ὀλίγον μετανίσεται. ἀλλὰ μάλ᾽ αὔτως
Ἄξων αἰὲν ἄρηρεν· ἔχει δ᾽ ἀτάλαντον ἁπάντη
Μεσσηγὺς γαῖαν· περὶ δ᾽ οὐρανὸς αὐτὸν ἀγινεῖ.

Ὠνόμασται δ᾽ ἄξων διὰ τὸ περὶ αὐτὸν ἄγεσθαι, καὶ περιδινεῖσθαι τὸν οὐρανόν. τὰ δὲ πέρατα αὐτοῦ πρὸς τοῖς κέντροις τοῦ τε ἀρκτικοῦ, καὶ τοῦ ἀνταρκτικοῦ ἐστι. καλοῦσι δ᾽ αὐτὰ πόλους ἀπὸ τοῦ περιπολεῖσθαι, καὶ στρέφεσθαι περὶ αὐτὰ τὸν οὐρανόν. τούτων δὲ ὁ μέν, καλεῖται βόρειος, ἀεὶ φανερὸς ὤν· ὁ δὲ νότιος, ἀεὶ ἀφανής. μέμνηται αὐτῶν καὶ Ἄρατος.

Καί μιν πειραίνουσι δύο πόλοι ἀμφὶς ἐόντες.
Ἀλλ᾽ ὁ μέν, οὐκ ἐπίοπτος· ὁ δ᾽ ἀντίος ἐκ βορέαο
Ὑψόθεν Ὠκεανοῖο. δύω δέ μιν ἀμφὶς ἔχουσιν
Ἄρκτοι, ἅμα τροχόωσαι.

Τηρητέον δὲ ὅτι ἀρρενικῶς λέγονται οὗτοι οἱ πόλοι. οἱ δὲ Πυθαγόρειοι δεξιὰ μὲν τὰ βόρεια, ἀριστερὰ δὲ τὰ νότια καλοῦσιν. ὁ δὲ Ὅμηρος δεξιὰ μὲν καλεῖ τὰ ἀνατολικά· ἀριστερὰ δὲ τὰ δυτικά, διὰ τούτων·

* Εἴτ᾽ ἐπὶ δεξί᾽ ἴωσι πρὸς ἠῶ τ᾽ ἠέλιόν τε, * Il. μ.
Εἴτ᾽ ἐπ᾽ ἀριστερὰ τοί γε ποτὶ ζόφον ἠερόεντα.

Ἐπὶ τῆς σφαίρας δὲ τῆς ξυλίνης ταῦτα τὰ ἄκρα τοῦ ἄξονος φαίνεται ὑπὲρ τὴν ἐπιφάνειαν τῆς σφαίρας ἐξέχοντα. χρὴ δὲ νοεῖν συναποπαύεσθαι αὐτὰ τῇ ἐπιφανείᾳ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ μὴ ἐξέχειν.

Περὶ ζωνῶν, καὶ ὅτι πέντε.

κθ'. ΠΕρὶ δὲ τῶν ζωνῶν Ἄρατος ἐν τοῖς Φαινομένοις οὐκ ἐμνήσθη. ἄλλοι δέ, ὧν καὶ Ἐρατοσθένης, ἐμνημόνευσαν. ζῶναι τοίνυν λέγονται, τὰ μεταξὺ τῶν παραλλήλων κύκλων διαστήματα. εἰσὶ δὲ καὶ ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ γῆς, αἳ κατὰ κάθετόν εἰσι τῶν ἐν τῷ οὐρανῷ. πέντε δέ εἰσι πᾶσαι. ὧν δύο εἰσὶν

εἰσὶν ἀοίκητοι διὰ τὸ πάνυ κατεψύχθαι. καὶ ἡ μέν, λέγεται νότιος, ἡ δὲ βόρειος. τῶν δὲ μεταξὺ τούτων τριῶν, δύο μέν εἰσιν εὔκρατοι· μία δὲ διακεκαυμένη. τῶν δὲ εὐκράτων, ἡ μέν ἐστι βορειοτέρα· ἡ δὲ νοτιωτέρα. καὶ ἔστιν ἡ βορειοτέρα ἀπὸ τοῦ ἀρκτικοῦ κύκλου μέχρι τοῦ θερινοῦ τροπικοῦ. ἡ δὲ ἑτέρα ἀπὸ ἀνταρκτικοῦ μέχρι χειμερινοῦ τροπικοῦ. εἰσὶ δὲ εὔκρατοι τῷ μήτε ὑπὸ ἀκράτου ψύχους, μήτε ὑπὸ καύματος ἐνοχλεῖσθαι· καὶ τῷ εἶναι αὐτὰς μεταξὺ τῆς τοῦ ἡλίου πορείας, καὶ τῶν κατεψυγμένων ζωνῶν. ἡ δὲ τούτων μέση πασῶν ἐστιν ἀπὸ τοῦ θερινοῦ τροπικοῦ, μέχρι τοῦ χειμερινοῦ τροπικοῦ. τοσοῦτον γὰρ πλάτος ἔχει, ὅσον καὶ ὁ ἥλιος περιέρχεται. καλεῖται δὲ διακεκαυμένη, διὰ τὸ πυρώδης εἶναι, τοῦ ἡλίου δι᾽ αὐτῆς τὴν πορείαν ἀεὶ ποιουμένου. ταύτην δέ, οἱ μέν, ἀοίκητον· οἱ δὲ οἰκεῖσθαι λέγουσι. μέμνηται δὲ τῶν ζωνῶν τούτων καὶ Ἐρατοσθένης ἐν τῷ Ἑρμῇ λέγων.

Πέντε δὲ αἱ ζῶναι περιειλάδες ἐσπείρηνται,
Αἱ δύο μὲν γλαυκοῖο κελαινότεραι κυάνοιο
Ἡ δὲ μία ψαφαρή τε, καὶ ἐκ πυρὸς οἷον ἐρυθρή.
Ἡ μὲν ἔην μεσάτη· ἐκέκαυτο δὲ πᾶσα * πυρὶ * *
Τυπτομένη φλογμοῖσιν. ἐπεὶ ῥά ἑ μοῖραν ὑπ᾽ αὐτὴν * f. περὶ αὐτ.
Κεκλιμένοι ἀκτῖνες ἀειθερέες πυρόωσιν.
Αἱ δὲ δύο ἑκάτερθε πόλοις περιπεπλήγασι.
Αἰεὶ φρικαλέαι, εἴθ᾽ ὕδατι νοτέουσιν.
Οὐ μὴν ὕδωρ, ἀλλ᾽ αὐτὸς ἀπ᾽ οὐρανόθεν κρύσταλλος
Κεῖται ἀναπέχε. περίψυκτος δὲ τέτυκται.
Ἀλλὰ τὰ μὲν χερσαῖα, καὶ ἄμβατα ἀνθρώποισι·
Δοιαὶ δ᾽ ἄλλαι ἔασιν ἐναντίαι ἀλλήλαισι,
Μεσσηγὺς θέρεός τε, καὶ ὑετίου κρυστάλλου.
Ἄμφω εὔκρητοί τε, καὶ ὄμπνιον * αὐδήσκουσαι * f. ἀλδήσκουσαι.
Καρπὸν Ἐλευσίνης Δημήτερος. ἐν δέ μιν ἄνδρες
Ἀντίποδες ναίουσι.

Ταῦτα μὲν Ἐρατοσθένης. ζητήσωμεν δὲ τῶν δύο εὐκράτων ὁποτέραν ἡμεῖς οἰκοῦμεν. ὁρῶμεν γὰρ ὅταν μὲν ὁ ἥλιος ἐν αἰγοκέρωτι γένηται, πόρρω ἡμῶν ἀφέστηκε, καὶ χειμών ἐστι παρ᾽ ἡμῖν. ὅταν δὲ ἐν καρκίνῳ γένηται, ὅ ἐστι κατὰ διάμετρον τῷ αἰγοκέρωτι, τότε πλησίον ἡμῶν ἐστι, καὶ καῦμα πολὺ παρ᾽ ἡμῖν. ὁ δὲ καρκίνος τῶν ιβ´ ζωδίων βορειότερός ἐστι. δῆλον οὖν ὅτι τὴν βόρειον οἰκοῦμεν ζώνην. ἐν γὰρ καρκίνῳ γινόμενος ὁ ἥλιος ἀριστερὸς ἡμῶν ἀνατέλλει, τὴν σκιὰν ἡμῶν εἰς τὰ δεξιὰ μέρη κλίνων· ὅ ἐστι σημεῖον ἐναργὲς τοῦ ἡμᾶς δεξιοὺς εἶναι τοῦ ἡλίου. εἰ γάρ τις λύχνον ἅψας ἐν μέσῳ οἰκήματος θείη· ἐν δεξιᾷ δὲ αὐτοῦ σταίη· τὸ σκίασμα τοῦ ἑστῶτος, οὐ πρὸς τὸν λύχνον, ἀλλ᾽ ἐν δεξιᾷ τοῦ ἀνθρώπου τρέψεται. εἰ τοίνυν καὶ ἡμῶν αἱ σκιαὶ ἐν δεξιᾷ ἡμῶν γίνονται, δῆλον ὅτι ἀριστερὸς ἡμῶν ἐστιν ὁ ἥλιος. ἀνάπαλιν δὲ τοῖς ἐν τῇ νοτίῳ ζώνῃ οἰκοῦσιν ἐν δεξιᾷ μέν ἐστιν ὁ ἥλιος· ἐν ἀριστερᾷ δὲ αὐτῶν ἡ σκιὰ πρὸς νότον ἐκπέμπεται. οὕτως οὖν ἀποδείκνυται ἡμᾶς τὴν βόρειον ζώνην τὴν εὔκρατον οἰκεῖν. τινὲς δὲ καὶ ταῦτα περὶ τῶν ζωνῶν εἰρήκασι. ζῶναί εἰσι τῆς γῆς ὑπὸ τοὺς παραλλήλους ὁμοίως πέντε· βόρειος, ὅλη μετέωρος, ἀοίκητος, κατεψυγμένη, Κρόνου· ἑξηκοστῶν μὲν ς´, σταδίων δὲ δισμυρίων ͵εσ´· τὸ γὰρ ἑξηκοστὸν σταδίων ἐστὶ ͵ασ´. θερινή, πλείονα ἔχουσα τὰ ὑπὲρ τὸν ὁρίζοντα. εὔκρατος· ἐν ᾗ ἐστιν ἡ καθ᾽ ἡμᾶς οἰκουμένη· Διός· ἑξηκοστῶν ε´, σταδίων δὲ δισμυρίων καὶ ͵α´. ἰσημερινή, ἴσον ἔχουσα τὸ ὑπὲρ γῆς ὁρίζοντα τῷ ὑπ᾽ αὐτόν· ἀοίκητος, διακεκαυμένη· Ἄρεος· ἑξηκοστῶν μὲν η´, ἐξ ἑκατέρου μέρους τοῦ ἰσημερινοῦ τεσσάρων. οὗτος γὰρ αὐτὴν ὅλην τὴν σφαῖραν τέμνει μέσην· σταδίων δὲ τρισμυρίων καὶ ͵γχ´. χειμερινή, ἀνάπαλιν τῇ θερινῇ, πλεῖον ἔχουσα τὸ ὑπὸ τὸν ὁρίζοντα· οἰκουμένη, εὔκρατος, Ἀφροδίτης, ἑξηκοστῶν ε´, σταδίων δὴ δισμυρίων καὶ ͵α´. νότιος, ὅλη ἀφανής, ἀοίκητος, κατεψυγμένη· Ἑρμοῦ· ἑξηκοστῶν μὲν ς´, σταδίων δὲ δισμυρίων ͵εσ´. ὡς εἶναι τὸ ὑπὲρ τὸν ὁρίζοντα περίμετρον τῆς γῆς, ἑξηκοστῶν μὲν τριάκοντα, σταδίων δὲ μυριάδων ιβ´ καὶ ͵ς´. καλοῦνται δὲ οἱ μὲν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἡμισφαιρίου βόρειοί τε, καὶ νότιοι κατοικοῦντες, * αὐτόχθονες. οἱ δ᾽ ἐφ᾽ ἑκατέρα τῶν ἡμισφαιρίων ὑπὲρ γῆς τε, καὶ ὑπὸ γῆν, ἀντίποδες. * Leg. ἀντίχθονες.

Περὶ τῶν ἐν ταῖς εὐκράτοις ζώναις οἰκούντων.

λ'. ΤΩν δὲ ἐν ταῖς δυσὶν εὐκράτοις ζώναις οἰκούντων, ἵνα σαφέστερον διέλωμεν, οἱ μέν εἰσι περίοικοι· οἱ δὲ ἄντοικοι· οἱ δὲ ἀντίχθονες· οἱ δὲ ἀντίποδες. περίοικοι μέν, ὅσοι τὴν αὐτὴν οἴκησιν οἰκοῦσιν· οἷον οἱ τὴν βόρειον οἰκοῦντες περίοικοί εἰσιν ἀλλήλοις. καὶ πάλιν οἱ τὸν νότιον περίοικοί εἰσιν ἀλλήλοις. ἄντοικοι δέ, οἱ τὴν νότιον οἰκοῦντες τοῖς τὴν βόρειον οἰκοῦσι ζώνην. καὶ ἀντοικουμένη ἐστὶν

è quibus duæ ſunt propter ſummum frigus inhabitabiles: atque harum auſtralis altera eſt; altera borealis. De tribus inter ambas iſtas poſitis, duæ ſunt temperatæ: una torrida. Temperatarum una borealis eſt; auſtralis altera. Borealis inter arcticum circulum, & æſtivum tropicum porrigitur: altera verò ab antarctico circulo, ad hibernum tropicum. Quæ ideo temperatæ ſunt, quod nec intolerandum frigus, nec nimius illas calor infeſtet. quódque mediæ ſint inter ſolis iter, algentéſque zonas. inter has omnes interjecta, ab æſtivo tropico ad hibernum extenditur. Nam tantumdem patet in latum, quantùm ſol circuitu ſuo complectitur. Quæ propterea torrida dicitur, quòd ardore igneo flagret; quatenus ſol per eam aſſiduè decurrit. Hanc alii negant habitari. affirmant alii. Meminit earum in Mercurio ſic Eratoſthenes:

Quinque porrò zonæ in orbem circumdatæ flectuntur.
Quarum duæ glauco nigriores cyano.
Una eſt ſqualida, & igne velut rubens.
Eáque in medio ſita, aduſta penitus igne,
*Ardoribus contacta *** ſub ipſam*
Incumbentes radii fervidi ſemper exurunt.
Aliæ duæ utrimque ad polos accedentes,
*Semper alſioſæ, *****
Neque tamen aqua; ſed ipſa de cœlo glacies
*Jacet **** eſt autem perfrigida.*
Sed hæc deſerta ſunt, & hominibus inacceſſa loca:
Duæ ſunt autem aliæ oppoſitæ invicem
In medio æſtus, & pluviæ glaciei.
Ambæ temperatæ, & almam augentes
Frugem Eleuſinæ Cereris. Utramque verò homines
Contrariis nixi veſtigiis incolunt.

Hæc ille. Quæratur nunc utram nos ex temperatis duabus habitemus. Atqui videmus ſole in capricorno verſante longiùs à nobis eſſe diſſitum: & apud nos hiemem fieri. cùm verò pervenit ad cancrum, qui à capricorno tota diametro diſtat, appropinquare nobis, ac ſummum apud nos æſtum exiſtere. At Cancer duodecim ſignorum maximè borealis eſt. perſpicuum eſt ergo borealem à nobis zonam incoli. Nam ſol cùm eſt in cancro ſiniſter nobis oritur, umbram ſuam flectens ad dexteram. quod argumento eſt nos ad dextram obverſos eſſe ſoli. Etenim ſi quis lucernam accendens media in domo collocet, & ad dextram ejus ſtet, ſtantis ipſius umbra non ad lucernam, ſed ad dextram hominis tendet. Quocirca cùm umbræ corporum noſtrorum dextræ ſint nobis, manifeſtum eſt ſiniſtrum quoque nobis eſſe ſolem. è contrario verò iis, qui in auſtrali zona degunt, ſol dexter eſt: ad ſiniſtram verò illorum umbra jacitur meridiem verſus. Hac ratione demonſtratur nos in temperata zona degere. Quidam etiam de zonis iſta ſcripſerunt. Zonæ ſunt in terra ſub parallelis ſimiliter quinque: Borea: tota ſublimis, inhabitabilis, frigida, Saturnia, ſexageſima ſcrupula ſex patens, quæ ſunt ſtadia 25200. Nam ſcrupulum unum ſtadiis conſtat 1200. Æſtiva; cujus parallelorum ſupra horizontem minora ſegmenta ſunt. Temperata, in qua ſitus eſt orbis noſter, ad Jovem pertinens quæ in ſexageſima quinque porrigitur; ſtadia 21000, Æquinoctialis, cujus horizon æqualem facit infra, ſupráque portionem: inhabitabilis, torrida: dicata Marti. quæ ſcrupula octo tenet, hoc eſt utrimque ab æquinoctiali quatuor. Hic enim ſphæram totam in medio partitur. Eſt autem ſtadiorum 33600. Hiemalis, contra quam æſtiva majorem ſub horizonte portionem relinquens: habitata temperata; attributa Veneri: in ſexageſima quinque diffuſa: quæ ſunt ſtadia 21000. Auſtralis non apparens omninò inhabitabilis, frigore rigens; Mercurii peculiaris; ſexageſima ſex obtinens: quæ ſtadia faciunt 25200. Ita dimidius ſupra horizontem ambitus terræ ſcrupula colligit triginta: ſtadia 126000. Porrò qui in eodem hemiſphærio hinc ad ſeptentriones, inde ad meridiem habitant, antichthones vocantur. qui autem in diverſis hemiſphæriis ſupra, infráque terram, antipodes.

De his qui temperatas zonas incolunt.

30. QUi in temperatis duabus habitant, horum, ut diſtinctiùs explicemus, alii periœci vocantur; alii antœci; alii antichthones; alii antipodes. Periœci ſunt qui eamdem habitationem incolunt. Exempli cauſsâ qui borealem zonam occupant, periœci ſunt invicem. Antœci ſunt zonæ auſtralis incolæ borealibus: éſtque auſtrali oppoſita borealis habitatio; & auſtralis boreali.

reali. Antichthones ſunt qui ex diametro ſimilibus in zonis habitant. velut qui in boreali ſuperioris hemiſphærii degunt: & qui in auſtrali. Antipodes ſunt qui in zonis oppoſitis ex diametro ſiti ſunt. Ita qui ſub capricorno verſantur eorum ſunt antipodes, qui cancro ſubjacent. Igitur periœci noctes ac dies, & annuas tempeſtates habent eaſdem. Antœci eamdem invicem noctem habent, & diem: ſed diverſa ſolſtitia. Nam ſol in cancro poſitus ut æſtatem nobis, qui ad ſeptentriones accedimus; ſic illis, qui ad auſtrum vergunt, affert hiemem. Viciſſim autem ad capricornum delatus nobis hiemem ſeptentrioni propinquioribus: ad auſtrum verò poſitis æſtatem efficit. Rurſus, cùm ſint æquinoctia duo, quando ſol arietem attigit, borealibus nobis vernum æquinoctium facit: antœcis autumnale. In libra contrà nobis autumnale: antœcis vernum æquinoctium parit. Poſt æquinoctium, quod fit nobis in ariete vernum, ſol aſcendens, in cancro nobis æſtatem efficit, augétque dierum ſpatia; nocturna contrahit. ab autumnali æquinoctio libræ ad capricornum delabens, apud nos dies imminuit, noctes producit; hiemem afferens. apud illos ut auget dierum intervalla, ſic de nocturnis detrahit; æſtatémque reddit. Atque ut uno verbo dicam, quicquid cancer nobis efficit; hoc illis capricornus. & quod nobis capricornus; hoc illis cancer. quod nobis aries; hoc illis libra: & è contrario. Antichthonibus alternant noctes, & dies. Nam ſuperioribus eorum ortu ſuo diem ſol infundit: inferioribus noctem. Rurſus nobis ſol occaſu ſuo noctem; ſub terra conditis, diem oriendo reſtituit. Solſtitia tamen & æquinoctia utrobique ſunt eadem borealibus infrà, ſupráque poſitis. Ejuſmodi ſunt antichthones. Antipodes contraria, & oppoſita vident omnia. Nam & cùm dies eſt nobis, nox illis eſt. & cùm apud illos æſtas eſt, in orbe noſtro fit hiems. Ad ſummam cùm auſtralis zonæ contrariæ incolis hiems, aut dies accidit, tunc iis, qui borealem incolunt, æſtas, & nox ſupervenit. Ita tam noctes & dies; quàm ſolſtitia, æquinoctia, habitationéſque è contrario antœci obtinent.

De umbrarum differentia, quæ in habitationibus variis incidunt, & quibuſnam degant in locis.

31. IN habitationem diſcrimine quidam dicuntur aſcii: alii brachyſcii: alii macroſcii: quidam heteroſcii: alii antiſcii: alii amphiſcii. Aſcii ſunt, quorum verticem ſol incubat horâ diei ſextâ. Ut enim ſi quis accenſum torrem rectum ſtatuat, ejus nulla reddetur umbra: ſic nullam habent ii, quorum vertici medium cœlum tenens ſol imminet. Tales ſunt qui ſub æquinoctiali degunt, qui ſole arietem vel libram obtinente ſolem ſupra caput aſpiciunt. Ferunt apud Syenen, & Elephantinen umbram eſſe nullam horâ diei ſextâ, cùm in cancro ſol reſidet. Brachyſcii, id eſt *brevis umbræ* ſunt, à quibus parum ſol diſtat. Macroſcii, *longioris umbræ* ſunt, qui à ſole longiùs diſtant. Heteroſcii, id eſt *uno latere umbram jacientes* ii ſunt, qui in noſtro orbe verſantur. Nam ad alterum latus umbra noſtra projicitur: videlicet dextrum, & boreum. Sic antœci heteroſcii ſunt. quippe illorum umbra ſiniſtrum ad latus & auſtrale dirigitur. Antiſcii borealibus ſunt auſtrales: quia contrarias habent umbras: illi dextrum ad latus: hi ad ſiniſtrum. quoniam medius ſol ambobus interjectus eſt. Amphiſcii, id eſt *ad utrumque latus umbram habentes*, ſunt æquinoctiali circulo ſubjecti. Iidem & aſcii, id eſt *umbræ prorſus expertes*. Nam cùm ſupra verticem illorum ſol eſt, fiunt, ut diximus, aſcii. cùm ab iis receſſerit: putà ab ariete ad taurum, & conſequentia ſigna; eamdem nobiſcum habent umbram ad ſiniſtrum latus. Sed cùm ab æquinoctio, quod in libra fit, ſol ad ſcorpium, & alia ſigna tranſitum facit: tunc dextrorſum illorum umbra mittitur. Ita fit, ut illius regionis incolæ interdum aſcii ſint, cùm in libra, vel ariete ſol vertici illorum inſidet: aliàs ſiniſtra iis umbra fiat, quando ſol ſcorpium, & conſequentia ſigna peragrat. Sunt qui periſcios illos eſſe dicant, quorum in orbem circumquaque umbra jacitur.

Primus de zonis Parmenides dicere inſtituit. De quarum numero magna diſſenſio eſt. Nam alii ſex numerant: ut Polybius, & Poſidonius, qui torridam in duas dividunt. quinque malunt alii. è quibus eſt Eratoſthenes: & nos iiſdem ſubſcripſimus. Sic de habitationibus, & earum incolis, corúmque nominibus haud levis conflictus eſt: ut & de antichthonibus, & antipodibus.

ἡ βόρειος τῇ νοτίῳ· καὶ ἡ νότιος τῇ βορείῳ. ἀντίχθονες δὲ, οἱ κατὰ διάμετρον ἐν ταῖς ὁμοίαις ζώναις οἰκοῦντες. οἷον ἐν τῇ βορείῳ ἐν τῷ ὑπὲρ γῆς ἡμισφαιρίῳ· ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τῷ νοτίῳ. ἀντίποδες δὲ οἱ κατὰ διάμετρον ἐν ταῖς ἐναντίαις ζώναις οἰκοῦντες. οἷον τῶν πρὸς τῷ καρκίνῳ οἰκούντων ἀντίποδές εἰσιν οἱ πρὸς τῷ αἰγοκέρωτι. οἱ μὲν οὖν περίοικοι τὴν αὐτὴν ἔχουσιν ἀεὶ νύκτα, καὶ ἡμέραν, καὶ τὰς ἐτησίους ὥρας. οἱ δὲ ἄντοικοι, τὴν μὲν αὐτὴν ἔχουσιν ἀλλήλοις ἡμέραν καὶ νύκτα, οὐ τὰς αὐτὰς δὲ τροπάς. ἐν καρκίνῳ γὰρ γινόμενος ὁ ἥλιος ἡμῖν μὲν θέρος, βορειοτέροις οὖσι, ποιεῖ· τοῖς δὲ νοτιωτέροις, χειμῶνα. ὅταν δὲ ἐν αἰγοκέρωτι γένηται, ἡμῖν μὲν χειμῶνα βορειοτέροις οὖσι· τοῖς δὲ τὴν νότιον οἰκοῦσι ζώνην, θέρος ποιεῖ. καὶ πάλιν τῶν ἰσημεριῶν δύο οὐσῶν, ἐν μὲν κριῷ ἥλιος γινόμενος ἡμῖν μὲν ἐαρινὴν, τοῖς τὴν βόρειον· τοῖς δὲ ἀντοίκοις μετοπωρινὴν ἰσημερίαν ποιεῖ. ἐὰν δὲ ἐν χηλαῖς γένηται, ἡμῖν μὲν μετοπωρινὴν· τοῖς δὲ, ἀντοίκοις, ἐαρινὴν ἰσημερίαν ποιεῖ. ἀπὸ δὲ τῆς τοῦ κριοῦ ἰσημερίας τῆς παρ᾽ ἡμῖν ἐαρινῆς ὁ ἥλιος ἀναβαίνων ἐν καρκίνῳ θέρος μὲν ἡμῖν ποιεῖ, καὶ αὔξει τὰς ἡμέρας· τὰς δὲ νύκτας ἐλάττους ποιεῖ. * ἀπὸ δὲ τῆς ἐν χηλαῖς ἰσημερίας ἐπὶ τὸν αἰγοκέρωτα καταβαίνων, παρ᾽ ἡμῖν μὲν, μειοῖ τὰς ἡμέρας, καὶ τὰς νύκτας αὔξει, χειμῶνα ἀπεργαζόμενος. παρ᾽ ἐκείνοις δὲ αὔξει τὴν ἡμέραν, καὶ τὴν νύκτα * μοιεῖ, θέρος ποιῶν. καθόλου δὲ εἰπεῖν, ὃ ἡμῖν ποιεῖ καρκίνος, τοῦτ᾽ ἐκείνοις αἰγόκερως· ὃ δ᾽ ἡμῖν αἰγόκερως, τοῦτ᾽ ἐκείνοις καρκίνος. ὃ δ᾽ ἡμῖν κριὸς, τοῦτ᾽ ἐκείνοις χηλαί. καὶ τὸ ἀνάπαλιν. οἱ δὲ ἀντίχθονες τὰς νύκτας καὶ τὰς ἡμέρας παρηλλαγμένας ἔχουσι. τοῖς γὰρ ὑπὲρ γῆς ἀντίχθοσιν ἀνατέλλων ὁ ἥλιος, ἡμέραν ποιεῖ· τοῖς δὲ ὑπὸ γῆν, νύκτα. καὶ πάλιν παρ᾽ ἡμῖν δύων ὁ ἥλιος νύκτα ποιεῖ· παρὰ δὲ τοῖς κάτω ἀνατέλλει ἡμέραν ποιῶν. τροπὰς μέντοι, καὶ ἰσημερίας τὰς αὐτὰς ἔχουσιν οἱ ἄνω βόρειοι τοῖς κάτω βορείοις· τουτέστιν οἱ ἀντίχθονες. οἱ δὲ ἀντίποδες πάντα ἐναντία καὶ μαχόμενα ἔχουσιν· ὅτε μὲν γὰρ πρὸς ἡμᾶς νύξ ἐστι, παρ᾽ ἐκείνοις ἡμέρα· καὶ ὅτε παρ᾽ ἐκείνοις θέρος, ἐν τῇ καθ᾽ ἡμᾶς οἰκουμένῃ χειμών. καὶ καθόλου ὅτε ἐν τοῖς νοτίῳ ζώνῃ ἀντοικοῦσι χειμών ἐστι καὶ ἡμέρα, τότε τοῖς ἐν τῇ βορείῳ οἰκοῦσι θέρος ἐστὶ καὶ νύξ. ὥστε καὶ νύκτας δὲ, καὶ ἡμέρας, καὶ τροπὰς, καὶ ἰσημερίας, καὶ οἰκήσεις ἐναντίας οἱ ἄντοικοι ἔχουσιν.

* Deest oppo- partis linea.

* Leg. μειοῖ

Περὶ διαφορᾶς τῶν ἐν ταῖς οἰκήσεσι σκιῶν, καὶ κατὰ ποίους τόπους οἰκοῦσιν.

Τῶν δὲ ἐν ταῖς οἰκήσεσιν, οἱ μέν εἰσιν ἄσκιοι· οἱ δὲ βραχύσκιοι· οἱ δὲ μακρόσκιοι· οἱ δὲ ἑτερόσκιοι· οἱ δὲ * αὐτόσκιοι· οἱ δὲ ἀμφίσκιοι. λα΄. ἄσκιοι μὲν, οἱ κατὰ κορυφὴν ὥρᾳ ἕκτῃ τὸν ἥλιον ἔχοντες. ὥσπερ γὰρ εἴ τις δαλὸν ἀνάψας ὀρθὸν στήσειε, τούτου οὐκ ἂν γένοιτο σκιά· οὕτως οὐδὲ τῶν ὑπὲρ κορυφῆς ἐχόντων τὸν ἥλιον μεσουρανοῦντα γένοιτο ἄν. εἰσὶ δὲ οὗτοι οἱ τὸν ἰσημερινὸν οἰκοῦντες. οὗτοι ἡλίου γινομένου ἐν κριῷ, ἢ ἐν χηλαῖς, τότε κατὰ κορυφῆς ἔχουσι τὸν ἥλιον. φασὶ δὲ ἐν Συήνῃ, καὶ Ἐλεφαντίνῃ ἀσκίους γίνεσθαι, ὅτε ὁ ἥλιος γίνεται ἐν καρκίνῳ περὶ ὥραν ἕκτην. βραχύσκιοι δὲ, οἱ τὸν ἥλιον ὀλίγον ἀφεστῶτα ἔχοντες. μακρόσκιοι δὲ, οἱ πόρρω αὐτὸν ἔχοντες. ἑτερόσκιοι δὲ, οἱ ἐν ταύτῃ τῇ οἰκουμένῃ οἰκοῦντες· ἐπειδὴ ἐπὶ τὸ ἕτερον μέρος ἡ σκιὰ ἡμῶν τρέπεται. λέγω δὲ ἐν δεξιᾷ ἐπὶ τὸ βόρειον. ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ἄντοικοι, ἑτερόσκιοί εἰσιν, ἐπειδὴ καὶ τούτων ἡ σκιὰ ἐπὶ τὸ ἀριστερὸν μέρος τὸ νοτιώτερον τρέπεται. ἀντίσκιοι δὲ, * οἱ ἐν τῷ βορείῳ· ἐπειδὴ ἐναντίας τὰς σκιὰς ἔχουσιν· οἱ μὲν, εἰς τὰ δεξιὰ μέρη αὐτῶν· οἱ δὲ εἰς τὰ ἀριστερά· διὰ τὸ μέσον εἶναι αὐτῶν τὸν ἥλιον. ἀμφίσκιοι δὲ γίνονται, οἱ μὲν τὸν ἰσημερινὸν κύκλον οἰκοῦντες. οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ ἄσκιοι. ὅτε μὲν γὰρ ὑπὲρ κορυφῆς αὐτῶν ἐστιν ὁ ἥλιος, ὡς εἴπομεν, ἄσκιοί εἰσιν. ὅτε δὲ ἀφίσταται αὐτῶν ἀπὸ κριοῦ εἰς ταῦρον, καὶ τὰ ἑξῆς ζώδια τὴν αὐτὴν σκιὰν ἔχουσιν ἐπὶ τὰ εὐώνυμα μέρη· ὅτε δὲ ἀπὸ ἰσημερίας τῆς ἐν χηλαῖς ὁ ἥλιος γένηται ἐν σκορπίῳ, καὶ τοῖς ἑξῆς ζωδίοις, τότε ἡ σκιὰ αὐτῶν ἐπὶ τὰ δεξιὰ μέρη ἐκπέμπεται. ὥστε συμβαίνειν τοὺς τῇδε οἰκοῦντας ποτὲ μὲν ἀσκίους γίνεσθαι, ὅταν ἐν χηλαῖς, ἢ κριῷ ὁ ἥλιος ὢν, κατὰ κορυφῆς αὐτῶν ᾖ· ποτὲ δὲ ἐν ἀριστερᾷ ἔχειν τὴν σκιὰν, ὅτε ἐν σκορπίῳ, καὶ τοῖς ἑξῆς ὁ ἥλιος γένηται. τινὲς δὲ καὶ περισκίους τοὺς περὶ αὐτοὺς κύκλῳ ἔχοντας τὴν σκιὰν εἶναι βούλονται.

Πρῶτος δὲ Παρμενίδης περὶ τῶν ζωνῶν ἐκίνησε λόγον. περὶ δὲ τοῦ ἀριθμοῦ αὐτῶν πολλὴ διαφωνία τοῖς μετ᾽ αὐτὸν γέγονεν· οἱ μὲν γὰρ ἓξ αὐτὰς εἶπον· ὡς Πολύβιος, καὶ Ποσειδώνιος, τὴν διακεκαυμένην εἰς δύο διαιροῦντες· οἱ δὲ πέντε παρέλαβον. ὥσπερ Ἐρατοσθένης, καὶ ἄλλοι πολλοὶ, οἷς καὶ ἡμεῖς κατηκολουθήσαμεν. περὶ δὲ οἰκήσεων πάλιν, καὶ τῶν ἐνοικούντων, καὶ ὀνομάτων, γέγονε πολλὴ ταραχὴ, καὶ περὶ ἀντιχθόνων, καὶ ἀντιπόδων.

* Cor. ἀντίσκιοι

* Deest aliquid. puta τὸ ἐν τῷ νοτίῳ.

Περὶ

Περὶ μεταρσίων καὶ μετεώρων.

λβ΄. Διαφέρει μεταρσίων μετέωρα· ἢ τὰ μὲν μετέωρα ἐν οὐρανῷ καὶ αἰθέρι ἐστίν· ὡς ἥλιος, καὶ τὰ λοιπὰ, καὶ οὐρανὸς, καὶ αἰθήρ. μετάρσια δὲ, τὰ μεταξὺ τοῦ ἀέρος, καὶ τῆς γῆς. οἷον ἄνεμοι, νεφέλαι, ὄμβροι, ἀστραπαὶ, βρονταὶ, κομῆται, δοκίδες, πωγωνίαι, λαμπάδες, ἴριδες, ἅλωες, διάττοντες, ῥυμοὶ, ῥύακες. λεκτέον δὲ περὶ μεταρσίων. περὶ γὰρ μετεώρων προείρηται. πρῶτον δὲ περὶ ἀνέμων εἴπωμεν.

Περὶ ἀνέμων, καὶ ὅτι διαφέρει αὔρα ἀναθυμιάσεως.

λγ΄. Ἀναξίμανδρος τοίνυν ῥύσιν ἀέρος τὸν ἄνεμον εἶπε. τινὲς δὲ ἀναθυμίασιν ἀέρος. ἄλλοι δὲ διαφέρειν ἄνεμον λέγουσιν αὔρας. ἄνεμον γὰρ εἶναι ῥύσιν ἀέρος· αὔραν δὲ, ἀναθυμίασιν γῆς. καὶ τοὺς μὲν ἐκνεφῶν λέγουσιν εἶναι ἀνέμους, καὶ καλεῖσθαι ἐκνεφίας. τοὺς δὲ ἀπὸ γῆς φερομένους, ἀπογείους. τοὺς δὲ ἀπὸ ποταμῶν, ἐνυδρίας. τοὺς δὲ ἀπὸ κόλπων, κολπίας. ἀπὸ δὲ ὀρῶν, ὀρείας, ἢ ὀρεσίας. καὶ γὰρ παρὰ Ἀριστοτέλει ἐν τῷ περὶ ἀνέμων, καὶ παρὰ Καλλιμάχῳ οὕτως ὀνομάζονται. ὥστε καὶ ἀπὸ τόπων τινῶν φασί τινας λέγεσθαι. οἷον Καικίαν τὸν ἀπὸ * Καΐος ποταμοῦ πνέοντα· καὶ σκείρωνα τὸν ἀπὸ Σκειρωνίδων πετρῶν. τινὲς δὲ ἀπὸ ὁρμῆς ὠνομάσθησαν, ὡς σφοδρῶς ῥέοντες. καὶ οἱ μετὰ παλμοῦ τινὸς, καὶ πηδήματος θύελλαι. οἱ δὲ ἀπὸ σχήματος λέγονται· ὥσπερ οἱ μετὰ δινήσεως στρόβιλοι. καὶ οἱ κάτωθεν εἰς ὕψος φερόμενοι πρηστῆρες. ἐπραγματεύσατο δὲ περὶ ἀνέμων, καὶ Ἐρατοσθένης· οἱ δὲ γενικώτατοι ἄνεμοι τέσσαρές εἰσι. καὶ ὁ μὲν ἀπὸ ἀνατολῶν πνέων καλεῖται ἀπηλιώτης. ὁ δὲ ἀπὸ τοῦ ἀρκτικοῦ πόλου, βορέας· ὁ δὲ ἀπὸ τοῦ ἀνταρκτικοῦ, νότος. ὁ δὲ ἀπὸ δύσεως, ζέφυρος· ζόφος γὰρ ἡ δύσις κατὰ τοὺς ποιητάς.

* f. Καΐκου.

Περὶ κομητῶν.

λδ΄. Περὶ δὲ κομητῶν, καὶ δοκίδων ἐπραγματεύσαντο πολλοί· ὥσπερ καὶ Δημήτριος. εἰσὶ δὲ οὐκ ἐν οὐρανῷ, ἀλλ᾽ ἐν τῷ ἀέρι. οἱ μὲν οὖν κάτω τὸ φῶς ἔχοντες, καὶ τὰς μαρμαρυγὰς κάτω νευούσας, καλοῦνται κομῆται. οἱ δὲ ἄνω τὸ φῶς νενευκὸς ἔχοντες καλοῦνται λαμπάδες. ὁπότε δὲ ἐπιμήκες ἔχουσι τὸ φῶς, καλοῦνται δοκίδες. ὁπότε δὲ ἰκματῶδες φῶς ὁρᾶται, καλεῖται ἶρις. ὅταν δὲ περὶ τὸν ἥλιον ᾖ κύκλος ἐνίοτε * καὶ δύο, καὶ τρεῖς γίνονται· ὅθεν καὶ Ἄρατος εἶπε, τρελίκτον ἀλωήν· ἅλως καλεῖται. ἐὰν δὲ ἀπὸ ἀστέρων ὦσις τοῦ φωτὸς γένηται ἐπὶ τὰ κάτω, καλοῦνται ῥυμοὶ, καὶ ῥύακες. οἱ δὲ ἀπὸ τόπου εἰς τόπον μετερχόμενοι, καλοῦνται ἄττοντες, καὶ διάττοντες· γίνεται δὲ τοῦτο, τῶν ἀστέρων ὑπὸ πνεύματος τινασσομένων, καὶ οἱονεὶ σπινθῆρας ἀφιέντων. διὸ καὶ σημεῖον ἀνέμων εἶπεν Ἄρατος τοῦτο. καὶ φάτνην δὲ νέφος πεφωτισμένον περὶ τὸν καρκίνον φασίν· ὡς καὶ Ἄρατος. ἀκολούθως δὲ ταύτῃ, καὶ ὄνους λέγουσι περὶ τὸν καρκίνον ἀστέρας εἶναι. τοὺς δὲ κομήτας καὶ τοὺς τοιούτους, οἱ μὲν λέγουσιν ἐξ ἀστέρων συνερχομένων γίνεσθαι, καὶ ἐμφωτιζομένων. οἱ δὲ ἐκ νεφῶν περιπεφωτισμένων. ἄλλοι δὲ ἐκ παρατρίψεως αὐτοὺς φωτίζεσθαι λέγουσιν. οὐ φαίνονται δὲ ἀεί. ἀλλὰ γίνονται καὶ περιόδους χρόνων. ὅτε μὲν οὖν συγκρούονται αἱ νεφέλαι πρὸς ἀλλήλας, βροντὰς ποιοῦσι. ῥαγεῖσαι δὲ, καὶ πνεῦμα μετὰ ῥύμης καὶ σφοδρᾶς ὁρμῆς ἀφεῖσαι, κεραυνοὺς ποιοῦσι· διὰ τῆς ῥύμης ἀναπτομένου τοῦ πνεύματος. ἀστραπαὶ δὲ γίνονται, ἤτοι ἐξ αὐτῶν πάλιν τῶν νεφῶν, φωτὸς ἀναπτομένου, καὶ σβεννυμένου· ἢ ἐκ πυρὸς μαρμαρυγαί εἰσιν ἐκπεμπόμεναι. ὄμβροι δὲ, ἐξ ὑγρᾶς ἀναδόσεως, καὶ νεφελῶν ὑγρῶν γίνονται. ταῦτα μὲν οὖν ὡς ἐν ὀλίγῳ περὶ μεταρσίων.

* f. ὥσπε[illegible]

Περὶ θέσεως.

λε΄. Εἰδέναι χρὴ περὶ τῆς θέσεως τῆς σφαίρας ὡς οὐκ ἔστι μία, ἀλλὰ πρὸς τὰ κλίματα τῆς γῆς καὶ αἱ θέσεις τῆς σφαίρας γίνονται. λεκτέον δὲ περὶ ὀλίγων· καὶ τότε τῆς κατὰ τὸν Ἄρατον ἀψόμεθα. θέσις τίς ἐστι κατὰ τὸ Ἑλλησποντιακὸν, καὶ τῆς Μακεδονίας κλίμα. παρὰ γὰρ Ἀντιγόνῳ διατρίβων Ἄρατος, τῷ τῆς Μακεδονίας βασιλεῖ, πρὸς τὸ αὐτόθι κλίμα καὶ τὴν διδασκαλίαν τῶν φαινομένων πεποίηται. ἐὰν μὲν οὖν οἱ πόλοι πρὸς τῷ ὁρίζοντι τὴν θέσιν ἔχωσιν, ὥστε ἐφάπτεσθαι τοῦ ὁρίζοντος, συμβήσεται μήτε τὸν ἀρκτικὸν, μήτε τὸν ἀνταρκτικὸν ἀειφανῆ εἶναι, ἀλλ᾽ ἑκάτερον τούτων ἡμικύκλιον ἀνατέλλειν ἀεὶ καὶ δύνειν. ἐὰν δὲ τὸν βόρειον πόλον ὑψηλότερον ποιήσωμεν τοῦ ὁρίζοντος, πρὸς τὸ γινόμενον ἔξαρμα, καὶ ὕψος αὐτοῦ, καὶ τὰ κλίματα τῆς γῆς ἕξει τὰ μεγέθη τῶν ἡμερῶν, καὶ τῶν νυκτῶν διαφορᾶς. δῶμεν ξ΄ μοιρῶν κύκλον τέμνοντα τὴν σφαῖραν διὰ

De iis, quæ μετάρσια, & μετέωρα dicuntur.

DIfferunt à meteoris quæ μετάρσια nominantur. Nam meteora in cœlo ſunt, & æthere. velut ſol, & id genus cetera, cœlum, æther. Metarſia, quæ aërem inter, & terram accidunt. ut venti, nubes, imbres, fulgura, tonitrua, cometæ, trabes, barbatæ ſtellæ, faces, Irides, areæ, tranſvolantes ſtellæ, temones, profluvia. De iis, quæ μετάρσια vocantur, agendum nobis eſt. Nam de meteoris jam diximus. ac priùs de ventis. 32.

De ventis, déque auræ, & exhalationis diſcrimine.

ANaximander fluentem aërem dixit eſſe ventum. alii exhalationem aëris. alii ventum ab aura diſcrepare volunt. quippe ventum aiunt eſſe fluentem aërem: auram verò terrenam exhalationem. Ventorum porrò alios è nubibus prodire putant, & vocari *ecnephias*. alios è terra excitatos ἀπογείους. qui è fluminibus oriuntur, aquatiles. qui à maritimis finibus, κολπίας. à montibus ὀρείας, vel ὀρεσίας: quomodo ab Ariſtotele in libro de Ventis, & Callimacho nominantur. Sic à locis quidam nomen accipiunt: ut Cæcias à Caïco fluvio ſpirans; & Sciron à Scironicis ſcopulis. Nonnullis ab impetu nomen inditum: ut qui vehementiùs ingruant. & qui quadam cum vibratione ac ſubſultu feruntur, procellæ. Alii à ſpecie dicuntur. velut qui quadam vertigine volvuntur, appellantúrque turbines. Item qui ab imo ſurſum attolluntur, preſteres. Scripſit de ventis etiam Eratoſthenes. At cardinales venti ſunt quatuor. è quibus ille, qui ab ortu flat, ſubſolanus dicitur. qui ab arctico polo, boreas. qui ab antarctico, auſter. ab occaſu, zephyrus. Nam ζόφος poeticè occaſum ſignificat. 33.

De cometis.

DE cometis, & trabibus ſcripſere complures: velut Demetrius. Locus eorum eſt in aëre, non in cœlo. Ex iis quorum lumen deorſum reſpicit; ut verſus eam partem coruſcare videantur; *cometæ* nominantur. quorum ſplendor ſurſum vergit, *faces*. cùm lux tractim producitur, *trabes*. quando roſcidum lumen apparet, *iris* dicitur. quando ſolem ambit circulus: cujuſmodi nonnumquam duo, tréſve fiunt: unde & Aratus dixit *triplicatam aream*, vocatur ἅλως, id eſt *area*. ſi ab aſtris ignis ad inferiora propellatur, *temones*, & *profluvia* nuncupantur. qui ſubſultim huc & illuc agitantur, *ſalientes*, & *tranſilientes*. quod fit ſtellis vento concuſſis, & quaſi ſcintillas emittentibus. hinc illud ventorum præſagium facere docet Aratus. Ad hæc *præſepe* vocant nubem quamdam circa cancrum conglobatam, & ſplendidam. ut Aratus ſignificat. cui conſentaneum eſt, quod in eâdem parte ſtellæ quædam circa cancrum, *aſini* dicuntur. Porrò cometas & id genus alia, quidam è ſtellis denſatis, & illuminatis oriri ſentiunt. alii ex nubibus undique colluſtratis. nonnulli ex affrictu ſuccendi volunt. Neque verò ſemper apparent. ſed certis intervallis temporum. Ceterùm nubes inter ſe colliſæ tonitrua faciunt. fiſſæ verò, & cum impetu, ac vehementia flatum emittentes, fulmina: cùm agitatione flatus accenditur. fulgura vel è nubibus ipſis oriuntur, accenſo igne, ac reſtincto: vel ſplendor eſt ex igne coruſcans. Imbres ex madido vapore, & humidis nubibus exiſtunt. Hæc ſummatim de aëris affectionibus, quæ μετάρσια nominant. 34.

De poſitu ſphæræ.

SPhæræ ſitus, quod ignorare non oportet, haud unius generis eſt: ſed pro terræ inclinationibus varii ſunt ſphæræ ſitus. è quibus paucos perſtringemus: & ad Arateæ ſphæræ poſitum poſtea veniemus. Eſt igitur ſitus imprimis Helleſponti, ac Macedoniæ climati congruens. Cùm enim apud Antigonum Macedoniæ regem eſſet Aratus, ad illius loci clima apparentium doctrinam exegit omnem. Porrò quoties poli horizontem contingunt, accidit ut nec arcticus circulus, nec antarcticus ſemper appareant; ſed hemiſphærium utrumque oriatur, & occidat. Sin borealem polum ſupra horizontem attollimus; pro altitudinis ratione, varia terræ climatibus dierum & noctium magnitudo conſtabit. Fingamus partium ſexaginta circulum eſſe, qui ſphæram per polos tranſiens dividit; 35.

dit: ut coluri faciunt. Igitur hemiſphæria ſingula tricenis gradibus conſtabunt. adeóque quod ſupra terram eminet, gradus tricenos habebit ab horizonte ad polum. Quare ſi ad partes ſex polum extulero; in Helleſponti climate longiſſimus dies horarum fiet xv; breviſſima nox horarum ix. Quòd ſi non tantùm ſex gradibus, ſed novem ſupra horizontem polum borealem erexero, longior, quàm in Helleſponto, fiet dies, illius tractus incolis. Rurſus verò ſi arduum magis, ac ſupra horizontem eminentem polum ſtatuero; horæ longiores exiſtent; donec borealis polus culminet. ac tunc ſemeſtris dies erit, ſemeſtríſque nox. Nam ſi borealis polus in vertice ſit, zodiacus ab horizonte bipertitò ſecabitur; ejúſque pars dimidia perpetuò ſupra terram extabit: altera ſub terram condetur. Hoc verò poſito, perſpicuum eſt ſex fore ſigna ſupra terram: in quibus ſcilicet poſitus ſol, & in unoquoque triginta dies commorans, ſemeſtrem efficiet diem. reliqua ſex ſigna ſemper occulta erunt, & ſub terra condita: quæ cùm ſol peragrabit, ſex menſium noctem faciet, eo quòd in illis ſitus numquam oritur. Hæc ad dierum, & noctium inæqualitatem explicandam aſſumpſimus. De quibus ſic habendum eſt; ratione, ac conſideratione, conſequentérque iis, quæ apparent, hæc à nobis eſſe collecta; cùm ſint occulta prorſus. Non enim ulla nobis experientia ſemeſtrem diem noctémque patefecit. Sunt qui alicubi dierum octo eſſe lucem; alii octoginta referant. quod iis accidit, qui ſupra Thulen Inſulam habitant. Ad eum itaque modum dierum noctiúmque pro climatum ratione diſcrimen à nobis explicatum eſt. Verùm ſitus ille ſphæræ, qui ad Arati phænomena convenit, ejuſmodi eſſe debet, ut in eo circulus arcticus contingat horizontem, eúmque circulum tangat draconis caput: ſic ut arcticus ille attingat, ac quodammodo radat horizontem. Hinc Aratus,

> *Illud caput eò pervenit, ubi extremi*
> *Miſcentur occaſus, & ortus invicem.*

Nam horizon inter hemiſphærium utrumque, ſuperius, & inferius, interjectus eſt. Non deſunt tamen, qui Arati verba illa non ad horizontem, ſed ad meridianum referant. quoniam cùm ſuperius hemiſphærium à meridiano circulo dividitur, ejus altera pars ad ortum, altera ad occaſum pertinet. Mihi verò non hoc velle ſibi videtur Aratus. niſi quis fortaſſe dixerit draconis caput eò ferri,

> ——— ——— *ubi extremi*
> *Miſcentur occaſus, & ortus invicem.*

ubi contingit horizontem draconis caput ad meridianum circulum, qua parte cum horizonte ille committitur, ac ſe ipſi ſecant invicem. Propterea de Cepheo loquens Aratus, eumdem nobis indicavit. Nam hujus pars illa tota, quæ à cingulo ad pedes pertinet, intra circulum arcticum eſt. Quoniam verò circulus arcticus occidit numquam; balteus verò Cephei in ambitu eſt ejuſdem arctici; hinc horizontem per ejus balteum ſignificat.

> ——— *Cepheus autem cingulo*
> *Terram radit: quæ ſunt in capite quidem, prorſus omnia*
> *Tingens Oceano: illa verò non licet. ſed ea ipſæ*
> *Urſæ prohibent, pedes, & genu, & lumbos.*

Hæc ſunt quæ de ſphæræ poſitu dicenda videbantur. Quam qui explicare velit, hunc ad dextram borealem habere polum oportet: auſtralem ad ſiniſtram. Nam urſæ in oriente dextræ ſunt. auſter verò ſiniſter. Quidam tamen cùm illam explicant malunt ante ſe urſas habere; pone auſtrum: ut dexter ſit ipſis oriens; ſiniſter occidens. quod ex Homericis verſibus fortaſſe didicerunt.

> *Sive dextrorſum eant ad auroram, & ſolem;*
> *Sive ſiniſtrorſum ad occaſum tenebroſum.*

neſcientes Poëtam accommodatè ad illorum ſitum dextras appellaſſe partes orientales; occidentales, ſiniſtras. At in mundi poſitu dextræ ſunt urſæ, & eo modo ſphæram conſtituere debet qui illius rationem docere velit.

De motu.

36. QUi ſphæram explicat, in contraria ſphæram torqueat. Nam qui contrà ſphæram verſus ſeipſum ciebit; urſæ ſiniſtræ erunt orienti: auſter ad dextram. quod fieri nequit. Quod autem ita, ut diximus, movenda ſphæra ſit, docebit nos Aratus: qui de urſis aliàs loquens,

> ——— *Semper verò in humerum feruntur.*
> *Præpoſterè in humeros converſæ.*

aliàs de Ophiucho;

> *In humeros demittit ærumnoſum ophiuchum*
> *Cancer è genibus: demittit verò ſerpentem propiùs cervicem.*

Item:

> *Oritur hydræ caput, & cæſius lepus.*
> *Ac procyon: anterioréſque canis pedes ardentis.*

Rurſus:

> *Dimidium coronæ, & ipſam poſtremam caudam*
> *Centauri ferunt aſcendentes adhuc chelæ.*

De ceto verò:

> *Ac quod ad cervicem uſque converſum eſt*
> *Occidit. porrò Cepheus capite, & manu, & humero.*

Item:

> *Equus autem Aquario commodum oriente*
> *Pedibus, & capite revolvitur. ex adverſo autem equi*
> *A cauda Centaurum attrahit occidua nox.*

Hæc de motu paucis dicta ſunt.

De ſiderum occaſu, & ortu.

SIderum alia ſemper apparent; alia videntur interdum: aliàs occulta ſunt. Apparent perpetuò, quæ comprehenduntur arctico circulo. numquam enim occidunt: uti neque complexus illa circulus. qui in ſuperiore manet hemiſphærio ſemper cum ſtellis ſuis apparens. Numquam apparent ea, quæ antarctico circulo continentur: quoniam & ipſe ſemper occultus eſt. Reliquorum ſiderum alia interdum oriuntur: interdum occidunt. quædam eadem in nocte oriuntur & occidunt. Sit exempli cauſſâ ſol in ariete. ante hunc oritur equus. Idem ſole in libra conſtituto ante hunc occidet. Hinc aliquando cernitur equus oriens, aliàs occidens. ſic aſtra reliqua ab æſtivo tropico ad hibernum. Nam quæ in antarctico ſunt ad auſtrum, tardiùs orientia citiùs occidunt: quòd majori ex parte ſphæra infra terram condita ſit ad meridiem. contrà quæ borealia ſunt inter arcticum circulum, & æquinoctialem poſita, citiùs ortum faciunt, tardiùs occaſum: propterea quòd majori parte ſui ſphæra ſupra terram emergit ad ſeptentrionem. Accidet ergo quædam ut ibi collocata ſidera eadem nocte oriantur, & occidant: quæ ἀμφιφανῆ vocant. Exempli gratiâ ſit Ingeniculus, ſitque ſol in ſagittario. in eo ſidus illud orietur. Rurſus occidat ſub occaſum ſolis, veſpera erit, & nox: nec dum Ingeniculus occiderit: ſed in hemiſphærio ſuperiore conſiſtens adhuc, ac ſub occaſum occidens, poſtea per eamdem noctem ſolis & ſagittarii prævertet ortum, ante ipſos oriens, & poſt eos occidens. quod Aratus his verbis exprimit: 37.

> *Quem quidem ignotum inter cæleſtes imagines*
> *Pariter occidentem, & aliunde orientem*
> *Sæpè eadem nocte cernimus.*

Duos occaſus eſſe, ortúſque totidem.

SIderum occaſus, ortúſque duplex eſt, alter matutinus: veſpertinus alter dicitur. Matutinus ortus fit, cùm oriente ſole oriuntur cum eo ſidera, non poſt ipſum. Veſpertinus, cùm occidente ſole ſidera quædam oriuntur. Matutinus occaſus eſt cùm oriente ſole occidunt hæc, vel illa ſidera. veſpertinus cùm unà cum ſole conditur. 38.

Quid ἀνατολὴ, & ἐπιτολὴ differant.

DIffert autem ἀνατολὴ, & ἐπιτολή. Nam ἀνατολὴ eſt conſcenſio cum ſole ſupra finitorem. ἐπιτολὴ cùm ante ſolem primo mane oritur ſtella; quam ſolis ortus ſequi- 39.

